



45

¶ Pare VI. ¶ Capi. I.  
 estis &c. Salutare enim erat ymo valde necessarium pactum  
 abrae per circuncisionem intransibit recordari infirmitatem &  
 constantiam abrae. que tam fortiter tamq; fideliter deo adhesit  
 ppter quod petra vocatus fuisse videtur a deo. Et forsitan ipse  
 abraham ex precepto dei cultoris lapideis circuncisionem cele  
 brauit. vt firmitas pacti illius & federis sic ostenderetur. Petra  
 enim fundamentum est fortissimum edificiorum. sic & desponsa/  
 tio siue ille contractus spiritualis coniugij. fundamentum est  
 & firmamentum suppetans totum sancte conuersationis edifi  
 cium. Et ipse abraham totius veteris. hoc est iudaici populi fuit  
 precipuum fundamentum. ppter hoc igitur in petra merito fi  
 eri precepta est circuncisio. vt agnosceretur totius iudaici ri  
 tus esse fundamentum atq; principium & fulcimentum firmissi  
 mum. quo sublato totus collaberet & rueret. vel vt petre quaz  
 diximus abrae sc; pactu. se intrare cognoscerent circuncisi

¶ De his que sunt absurda & ridiculosa in lege hebreorum.  
 ¶ Capi. I.

**P**ost hec transibimus ad ea que in lege videntur absur  
 da iuxta literam. & psequemur. **A** Primu mandata  
 huiusmodi. Deinde immundicias legales in viris &  
 mulieribus. Tercio immundicias animalium. Quarto sacrificia  
 & ea que sacrificijs annexa sunt. Quinto de lepris. Sexto com  
 mixtiones animaliu & feminum diuersorum generum. Septi  
 mo loquemur de vestibus phibitis. Huiusmodi aut mandato  
 rum. Primum est requies diei sabbati. cuius due cause in lege  
 expsse sunt vna in secundo Gen. & in xx. Exo. videlicet in vno  
 die cessauit deus ab omni opere qd patrarat. Secundo vt me  
 mores essent hebrei. q; requiescere eos deus fecerat a laboribus  
 egiptiace seruitutis. operibus inq; duris & lateris. Et hec cau  
 sa legitur Deut. v. Adcirco precepit vt obseruares diem sabbati  
 Tercia vero ca est licet in lege non sit expressa. vt parte illa te  
 poris. i. die septima soli diuino cultui. hoc est laudibus & oratio  
 nib; & sacrificijs & eruditioni populi vacaret. Alioquin serui  
 lia opera totum tempus habentia. Dei memoriam & legis sue  
 scientiam cultusq; ipsius honorificentiaz. de medio tollerent &  
 obliuione deleterent. Non cu delicijs & epulis carnalibus diem  
 illu deputauit deus. sed magis illi factis exercitationibus. &  
 sancto octio consecrauit. benedixit eni diei septimo & sanctifi  
 cavit illu vt legitur Gen. ij. Non eu exposuit deliciarum carnalium  
 spurcicij polluentiu. Quartaz causaz assignant quide quiete  
 venturam de septima die. hoc est septimo millenario annoiu.